# PIVS PP. XII

Inlustris Vir, salutem. Ut Tibi, hodierno Reipublicae de Aesthonia Praesidi, peculiarem Nostrae benevolentiae significationem publice exhibeamus, libenti animo hisce te Litteris Nostris **Equitem Ordinis Piani e Prima Classi, seu a Magna Cruce,** eligimus, facimus ac renuntiamus, teque in spectatissimum eorundem Equitum coetum et numerum referimus. Tibi ideo concedimus ut vestem Equitum hujusce Ordinis Primae Classis induere ac, praeter maximum insigne ad instar nomismatis sinistro innexum pectoris lateri, alterum item maximi moduli insigne, quod fascia serica praelonga caerulei coloris, duplici lineola rubra extremis oris distincta, a dextero humero ad sinistrum usque latus transversa, sustineatur, gestare libere liciteque possis et valeas. Ne quid vero discriminis tam in veste quam in insignibus hujusmodi deferendis contingat, appositum schema tibi tradi jubemus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis Maji, anno MCMXL, Pontificatus Nostri secundo.

Aloys. Card. Maglione
a secretis Status

.... Inlustri Viro ....

..... Constantino Päts .....

..........

Brevi Apostolici
N° 697
1900

Gratis

Segreteria

Mons. Domenico Spada